

**READING 26** (adapted) *Livy tells how the Romans, under the leadership of Scipio, capture the city of New Carthage, a settlement established by the Carthaginians in Spain. Mago is the Carthaginian commander (and the brother of Hannibal).*

inde [Scipiō], cum fugientēs vīdit hostēs, aliōs ad tumulum, quī tenēbātur D mīlitum praesidiō, aliōs in arcem, in quam et ipse Māgo cum omnibus ferē **armātīs** quī mūrīs pulsī fuerant, refūgerat, partem cōpiārum ad tumulum mittit, partem ipse ad arcem dūcit. et tumulus prīmō impetū est captus, et Māgo arcem temptāvit **dēfendere**, sed cum omnia hostium plēna vīdit neque spem ūllam esse, sē arcemque et praesidium dēdidit. quia dēdita arx est, caedēs totā urbe passim factae sunt et omnis pūbēs quī obuius fuit interficiēbātur; tum signō datō caedibus finis factus est et ad praedam **victōrēs** versī sunt, quae ingēns fuit. inde quī cīvēs Novae Carthāginis erant dīmīsit urbemque et sua omnia restituit.

*Vocabulary:*

tumulus, -ī <i>m.</i>	hill	dēfendō, -ere	to defend
Māgo, -ōnis <i>m.</i>	Mago	dēdō, -ere, -idī, -itus	to surrender
praesidium, -ī <i>n.</i>	garrison	passim	here and there
armō, -āre, -avī, -ātus	to arm, equip	pūbēs, puberis	adult
ferē (adv.)	almost	obuius, -a, -um	at hand, in the way
mūrus, -ī <i>m.</i>	wall	victor, -ōris <i>m.</i>	victor
pellō, -ere, -pulsus	to drive back	Carthāgō, -inis <i>f.</i>	Carthage
refugiō, -ere, rēfūgī	to take refuge	dīmittō, -ere, -mīsī	to let go, send away
		restituō, -ere	to restore, give back